

uerit Galenus, cùm ad rei naturam potius, quàm ad sensus iudicium respexisset. Præter duas has rationes, quibus arguitur Galenus similia non solo sensus, sed etiam rationis arbitrio determinauisse, tertia se offert, Aristotelis auctoritate. Quæ enim ipse similia nominauit, à nobis quoq; superiùs in medium adducta, ea etiam ex quatuor Elementorum compage, non ex diuersis alijs partibus, quæ rationis lumine & lumine comprehendantur, proximè deriuat. Verba sunt eius: ἐπεὶ ἡ ταῦτα μὲν ὑπὸ ἄλλης αἰτίας συνέστηκεν, ἐξ ὧν ἡ ταῦτα, ὕλη μὲν τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ὡς ἡ ὕδωρ καὶ γῆ. τὰ ἡ ποικίλα, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν. λάβωμεν τῶν ὁμοιομερῶν ποῖα γῆς εἶδη, καὶ ποῖα ὕδατος, καὶ ποῖα κοινὰ:

Id est: Postquam autè hæc, scilicet dissimilia, ab alia causa, nimirum à similibus effecta sunt. Ex quibus autè hæc, scilicet similia existunt, materia quidem est siccum & humidum, aqua nempe & terra: quæ verò agunt, calidum & frigidum: ideo sumamus nobis ex similibus ea, quæ vel terrea sunt specie, vel aquea, vel vtriq; elementorum communia. Verba sunt hæc Aristotelis,

I 5 ex

4. Meteor.

10.